Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



illa: et sustine honos structi illi. Inope enim illi exiguum laborabis: et cum
eclesiastice generationum illi. Quia aspa est numum sapientia indoctis: hominum
et in permanebit in illa excors. Quasi lapidis uiri pluuio erit in illis: et
in demorabunt placere illa. Sapientia enim doctrine secundum nomen eius et
in multis est manifesta: quibus autem agnita est permanebit usque ad conspectum
Audi fili mi et accipe De decipiendo consilio et inuestigando. Cedet
consilium intellectus: et ne abicias consilium meum. Induce pedes tuos
in compedes illi: et intorques ei collum tuum. Subiice humerum tuum et por
ta illam: et ne abutaris uinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam: et in
omni uirtute tua serua uias eius. Inuestiga illam et manifestabitur tibi: et
continens factus ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiem
eius: et conuertetur tibi in oblectationem et erunt t compedes eius in pre
tionem fortitudinis: et basis uirtutis: et torques illius in stola stola glorie.
Decor enim uirtutis est in illa: et uincula illius alligatura sanitatis. Stola glorie in
duet te: et coronam gratulationis imponet t. Fili si adtenderis in dis
cis eam: et si accommodaueris animum tuum sapiens fieris. et si inclinaueris
aurem tuam excipies doctrinam: et si dilexeris audire sapiens eris. In multi
tudine pspiceres prudentium ista: et sapientie illius exercere coniungere.
ut omnem narrationem dei possis audire: et puerbia laudis non effugiant are.
et si uideris sensatum eu gila ad illum: et gradus ostii illius exterreat pes tuus.
Cogitatum habe in preceptis dei et in mandatis illius maxime assiduus esto: et
ipse dabit cor t: et concupiscentia sapientie dabitur t. De non faciendis
Noli facere mala: et non te apprehendent. Discede ab iniquo: malis.
et deficient mala abste. Fili non semines mala in sulcis iniustitie:
et non meres ea in septuplum. Noli querere ducatum ab homine: neq; a rege
ducatum honoris cathedram. Non te iustifices ante deum: quoniam agnitor cor
dis ipse est: et penes regem noli uelle uideri sapiens. Noli querere fieri
iudex nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas